

9. SCLERODERMA SPADICEVM: gregarium minus, subguttatum laeue spadiceum, radice dura fibrosa.

Lycoperdon spadiceum, acaule et caulescens spadiceum; corpore depresso globoso, punctato centro saepe fastigiato; petiolo tereti pleno ochroleuco, tuberoso, radicato, vel nullo. *Schaeff. Fung. 4. p. 129. t. 138. Dicks. Pl. crypt. brit. Fasc. 1. p. 25. Ginel. Syst. Nat. 2. p. 1463. nr. 7 et 8.*

Hab. aestate in faginetis ad truncos.

obs. Scleroderm. citrino valde affine, et forte eius modo varietas, a quo vero paruitate et colore praesertim differt.

10. SCLERODERMA CEPA: subrotundum depressum laeviusculum nitidum, caule breui obconico subarhizo.

Lycoperdon caepae-facie. Vaill. bot. par. p. 125. t. 16. f. 5. 6.

Tuber solidum, globular, but compressed, brown, reticulated, very firm; blueblack within. *Withering bot. Arrang. of british. plants 3. p. 459.* (ob allegatum *Vaillantii* synonymum; illud vero *Schaefferi* eliminari debet.)

Prov. mense Augusto in sylvis.

obs. Quoad descriptionem *Vaillantii* omnino distincta species est, quae $1\frac{1}{2}$ vnc. ferme

ferme lata, superne muricata (*maroquinée*) est.

11. SCLERODERMA POLYRHIZVM: acaule globosum pallidum, cortice in lacinias aequales stellatim fisso, radice fibrillosa ramosissima.

Lycoperdastrum rotundum maius, leucophaeum, pulpa sordide coerulea. *Micheli N. gen. pl. p. 219. t. 99. f. 1.*

Lycoperdon polyrhizon, globosum, aequale, lacero-dehiscens, stipite brevissimo, radice breui ramosissima, poliline sordide purpureo. *Gmel. Syst. Nat. Linn. 2. p. 1464.*

In incultis et quiescentibus agris, nec non in ericetis autumno. *Micheli.*

** Acaulia. (*Hypogaea.*)

12. SCLERODERMA CERVINVM: subterraneum rotundum oblongumque durum granulatum.

Lycoperdon ceruinum, globosum solidiusculum centro farinifero, radice destitutum. *Linn. Syst. veg. ed. 15. p. 1019.*

Hypogaeum ceruinum. *Disp. meth. fung. p. 7.*

Lycoperdastrum tuberosum, arhizon fuluum, cortice duriore crasso et granulato,